

vel ipsa directe vel indirecte verbo vel opere venire quovis modo harum, quibus sigillum nostrum, quo usi fuimus in nostro tunc episcopatu Lubicensi appendendum duximus, testimonio litterarum, ita tamen, quod quam primum nos habere sigillum autenticum contigerit, hanc paginam transcriptam et innovatam eodem sigillo autentico volumus et debemus denuo sigillare et sigillatam tradere dominis . . . praeposito, . . . decano et capitulo supradictis. Datum anno domini millesimo CCC°.LXXIX°. die decima nona mensis Martii.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Siegel (der Bischof, unbedeckten Hauptes, aufrecht stehend, hält in jeder Hand ein Wappenschild. Umschrift: S. NICOLAI: EPISCOPI: LVBICENS' †.) an einem Pergamentstreifen.

No. 656. 1379. 14. Oct.

Die Burggrafen Meynher und Bertold eignen dem Capitel von Joh. von Waldow erkaufte Zinsen zu Clantzschwitz.

In nomine domini amen. Cum omnia et singula etc. Nos igitur Meynherus et Bertoldus dei gratia burgravii sacri imperii in Misna et comites in Hartinstein ad universorum tam praesentium quam futurorum discretionem praesentium seriem litterarum cupimus pervenire, quod strenuus Johannes de Waldow miles, noster fidelis dilectus, de consensu et bona voluntate suorum heredum ac bona deliberatione praehabita sex sexagenas grossorum Fribergensium, viginti octo pullos et tres sexagenas ovorum cum decem ovis annui census siti in villa et in pago villae Clanczewicz, districtus Misnensis, in parrochia sancti Gothardi prope Ganam^{a)}, quem censum singulis annis solvunt solverunt et solvere consueverunt infrascripti rustici eorumque heredes et successores in eadem villa Clanczewicz residentes, videlicet medietatem pro festo sanctae Walpurgis et medietatem pro festo beati Michaelis, Heynrich Rochsberg de uno manso unam sexagenam viginti duos grossos, quadraginta ova paschae et sex pullos Bartholomei, Ruprecht Granucz de uno manso unam sexagenam grossorum viginti duos grossos, quadraginta ova pascae et sex pullos Bartholomei, Mathey Arnold de uno manso unam sexagenam decem grossos, quadraginta ova pascae et sex pullos Bartholomei, Jacob Haferlant de uno manso unam sexagenam grossorum duos grossos, quadraginta ova pascae et sex pullos Bartholomei, Henczil Mudrak de uno manso unam sexagenam grossorum, triginta ova pascae et quatuor pullos Bartholomei, Mertin Bryel de medio manso duos grossos, Jacob Juche de medio manso duos grossos, quem censum dictus Johannes de Waldow a nobis in feudum tenuit — pro centum et viginti sexagenis grossorum Fribergensium eidem Johanni de Waldow et suis heredibus integraliter solutis vendidit venerabilibus viris dominis Nicolao decano, Palberto de Mulhusen cantori totique capitulo ecclesiae Misnensis. Quem quidem censum idem Johannes de Waldow constitutus coram nobis in manus nostras libere resignavit, renuncians cum dictis heredibus suis omni iuri et actioni ac cuiuscunque legis auxilio et beneficio, quae sibi aut cuilibet eorum competere in

a) Clantzschwitz, Par. Jahna.